Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mitencia agite. appmabit enim regnum
celorum. Ambulans autem ihesus iuxta
mare galylee vidit duos fratres. Sy
monem qui vocatur petrum. et an
dream fratrem eius. mittentes rete
in mare. Erant enim piscatores. Et
ait illis. Venite post me. et faciam
vos fieri piscatores hominum. At illi
continuo relictis retibus secuti sunt eum.
Et procedens inde vidit alios duos
fratres. Iacobum zebedei. et iohanem fratrem
eius. in navi cum zebedeo patre eorum
reficientes retia sua. et vocavit eos.
Illi autem statim relictis retibus et patre
secuti sunt eum. Et circuibat ihe
sus totam galyleam docens in sy
nagogis eorum et predicans evangelium
regni. et sanans omnem languorem. et
omnem infirmitatem in plebe. Et a
bijt opinio eius in totam syriam.
et obtulerunt ei omnes male habentes.
varijs languoribus et tormentis op
pressos. et qui demonia habebant. lu
naticos. et paraliticos. et curavit
eos. Et secuti sunt eum turbe multe
de galylea. et decapolim. et de iherusalem.
et de iudea. et de trans iordanem. Ca. v.

Videns autem ihesus turbas.
ascendit in montem.
Et cum sedisset. accesse
runt ad eum discipuli eius. Et ap
tens os suum. docebat eos dicens. Be
ati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum
celorum. Beati mites. quoniam ipsi
possidebunt terram. Beati qui lugent.
quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esurijunt
et sitiunt iusticiam. quoniam ipsi satu
rabuntur. Beati misericordes. quoniam ipsi
misericordiam consequentur. Beati mundo corde.
quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici.
quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui
persecutionem patiuntur propter iusticiam.
quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati es
tis cum maledixerint vobis homines
et persecuti vos fuerint. et dixerint om
ne malum adversum vos mentien
tes. propter me. Gaudete et exultate. quo
niam merces vestra copiosa est in celis.
Sic enim persecuti sunt prophetas. qui fu
erunt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si sal evan
uerit. in quo salietur. Ad nichilum
ualet. vltra. nisi vt mittatur foras.
et conculcetur ab hominibus. Vos es
tis lux mundi. Non potest ciuitas
abscondi supra montem posita. Ne
que accendunt lucernam. et ponunt eam
sub modio. sed super candelabrum. vt
luceat hominibus qui in domo sunt.
Sic luceat lux vestra coram hominibus.
vt videant opera vestra bona. et glo
rificent patrem vestrum qui in celis
est. Nolite putare. quoniam veni solui
legem aut prophetas. Non veni solui
legem. sed adimplere. Amen quippe dico
vobis. donec transeat celum et ter
ra. iota vnum aut vnus apex non pe
ribit a lege. donec omnia fiant. Qui
ergo soluerit vnum de mandatis istis
minimis. et docuerit sic homines.
minimus vocabitur in regno celorum. Qui
autem fecerit et docuerit. hic magnus vo
cabitur in regno celorum. Dico autem vobis.
quia nisi habundauerit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum. non
intrabitis in regnum celorum. Audi
stis quia dictum est antiquis. Non
occides. Qui autem occiderit. reus erit
iudicio. Ego autem dico vobis. Quia
omnis qui irascitur fratri suo. vel erit
iudicio. Qui autem dixerit fratri suo
racha. reus erit concilio. Qui autem